M. S. patta usada con 73 hoj. int.

Disputationes theologica morales aut. Dominico Garcia

anno 1628

Rottulata

Garcia de Conc.

DISPVTAONES

THEOLOGÆ MORALIS.

Opus peregrino pastientiæ fere inimitabilis exemplari,

PASSENTISSIMO JOB,

qui cordis examine repetito scientiam Cordis, sive concientiam magister eruditissimus edocuit. Dictata

A

R. P. M.

DOMICO GARCIA

in Colleg.º atomastice Doctorum Doctore &.

primæ cathedræ

meritissimo

moderatore

Scripta a D.D. Pro de Silva Phiæ Lyta..

ANNO AB INCARNATIONE Domini MCXXVIII.

PROLOGVS.

Vtina apenderent pecata mea, quibus iram merui; clamabat S. Job Cap. 6; itery 9, et sæpissime clamores repetit, ut opera illius in Staterà apendant, et gressus ipsius rectò examine dinumerentur. In Auditores Cordis Scientia, quæ regina Scientiarum est, practice nos docet. Illi ẽ adquirendæ totas animi vires impendamus. Scientia hæc Conscientia dicitur ab Bernardo.= Ideo disputationes de Conscientia suscipimus enodandas. Perdificeles sunt, fateor; at Labor improbus omnes prorsus difficultates eliminabit. Sapientes vos totò Corde desidero. Quò modò autem adeptos fuisse adbitremini, nisi prius Scientiarum Reginam salutaberitis. Timor Dñi Sapientiæ initium à Salomone vocitatur; at rectitudo Conscientiæ, et frequens illius cognitio, timoris Dñi initium est. Hæc sanè pro qualicumque nrì Laboris utilitate, et Emendatione.

Annò proxime elapsò huyus materiæ tractationem meditatus sum; sed quia vobis nota meæ valetudinis fatigatio quantum rei gravitas postulat mentis aplicationem non permisit, ea, viribus tantisper instauratis, libenter agredior. Brevitatis memor, claritatis non immemor dispersos equè, atque implexos humanæ Conscientiæ tramites pertransire intendo. Quatuor disputationibus materia dissolvetur. In 1ª de Conscientia in Omuni; in 2ª de Conscientia recta, et erronea; in 3ª de opinativa, aut probabili; in 4ª de dubia, et scrupulosa, Deò dante sermo erit.

DISPUTATIO. 1ª
De conscientia in communi

Pluralium meo videri inutiliter evolvunt ingenium Rs. dij de rigorosa conscientiæ definitione nimis scrupulosas quæstiones summulistico fervore multiplicant; plurimasque aliorum definitiones acriter carpunt, ut specularem quisque defendant. Theologiæ moralis jam diu professor, logicos ejus recessus prætermittere mens est. Ergo 1ª disputatio definitionem, vel descriptionem conscientiæ, hujusque divisiones, et quasi proprietates paucis quæstionibus circumscribet.

1. P. Salas 1.2æ tract. 8º Disp. unica de conscientia plures degerit hujus vocis usurpationes. Eas silentio præterimus, quia ad nostrum intentum parum utiles. Ut nominis etymologia dignoscatur, satis sint verba D. Bernardi in prologo retulisse. Conscientia igitur universaliter sumpta definitur sic: cognitio practica, et propria immediate, et in actu 1º determinans moralitatem actionum, vel omissionum propriarum. Definitio præscindit a conscientia divina, si talis appellari debeat tantum me divinæ rationis, a conscientia etiam Angelica, et humana.

2 Cura tamen de humana conscientia praecipue nobis agendum est; cum homines, non vero Angelos instruamus; igitur vera [illegible] actionis, vel omissionis indefinitione posita, adde actionis vel omissionis humanae, et humanae conscientiae definies. = Explico jam definitionem traditam. Primo dicitur esse cognitio; quae contrahi potest per judicium, vel apprehensionem; ut abstineamus modo a quaestione illa, quam sequenti Capite resolvemus; utrum videlicet conscientia sit determinatae judicium, vel in sola apprehensione salvari possit?

3 2o dicitur practica: omnes enim conscientiae explicant per ordinem ad actionem vel omissionem; excluduntque a ratione conscientiae cognitionem pure speculativam, quae scilicet praescindat ab operatione, vel sistat tantum in contemplatione rei factae, vel omissae. 3o debet esse cognitio propria, non aliena dici potest conscientia respectu actionis, vel omissionis propriae. = Dicitur 4o immediate determinans, seu regulans proxime humanos actus. Pro quo scias actus humanos duplicem habere regulam; alteram, quae est lex, vel divina, vel humana; alteram, quae est conscientia.

4o Lex sive humana, sive divina est regula mediata; solum enim regulat actus media cognitione, sive conscientia subditi; quae propterea est regula formalis, et immediata. Unde operatio, vel omissio talis evadit, qualis per cognitionem proponitur: mala, si proponatur ut mala; bona, si ut bona; indifferens autem, si proponitur ut indifferens. = Additur immediate, et in actu 2o; conscientia enim debet esse actualis regula operationis, vel omissionis; dicitur quod carentiam cognitionis supervenientis, quae sit prioris cognitionis retractatio.

5o Appono exemplum: primo modo dictavit haec practica cognitio: teneor hic, et nunc studere; paulo post dictavit judicium oppositum, teneor hic et nunc non studere. Prima cognitio nequit esse conscientia, neque regula, quae in actu 2o obliget ad studium. Secunda vero cognitio est utique regula in actu 2o obli-

gari ad studij omissionemque eius, qui est cognitio pure practica, quae est formaliter conscientia, determinare in actu 2° ad operationem, vel ad omissionem illius; et dicere Caeremoniae cognitioni superveniuntur, quae est extractio prioris cognitionis.

6. Dicitur praeterea determinativa ad moralitatem actionis, vel omissionis. Per hanc moralitatem nihil aliud alicui intelligendum, nisi quod actio, vel omissio bona sit, vel mala, vel indifferens. Diximus actionis, vel omissionis; non vero actionis, et omissionis, quia ut cognitio practica sit formaliter conscientia, satis est, quod moralitati quaelibet vel disjunctive, utramque vero non dicimus actionis tantum, quia haec vox actio rigorose loquendo non significat omissionem; dicitur in genere late, et improprie quodlibet exercitium voluntatis significat; verba autem in definitione sine necessitate impropria capienda non sunt.

Nec scrupulose notanda est particula illa disjunctiva vel, quam facit Ingenionis Recentior, quia aliter non recte explicat dicendi naturam nec intelligitur vis definitionis nisi antecedentia minimam; quod praeter abusio majus unum est, quae sibi particula disjunctiva ad alterius definitionis intelligentiam. Dicitur tandem actionis, vel omissionis, propriae, ut excludatur a ratione conscientiae cognitio practica circa actiones alienas: qualis non est practica cognitio, praeceptoris superioris obligationis corrigendi subditi actus eius immediate regulatur per talis cognitionem, et quae Superioris fidelitas contractio activa. Unde eludatur objectio. Caput 2um An conscientia sit habitus, vel actus intellectus, et qualis?

CAPUT 2um

An conscientia sit habitus, vel actus intellectus, et qualis?

8 Plura in difficultate unico titulo comprehendimus, easque variis conclusionibus resolvemus. = Enriquez Coltibro 1° quaest. 18, Et Durandus in 1° distinctione 39 quaest. 2ª conscientiam ponunt in actu, vel habitu Voluntatis. Scotus in 1° Distinc. 39 quaest. 1ª docet consistere in habitu intellectus practici. Communis Theologorum sententia cum Angelico 1ª parte, quaest. 79, Artic. 13 docet, conscientiam esse actum intellectus. Communi sententiae Patrum divini fuerunt. Sanctus enim in Clavi Lib. 1° Cap. 2° conscientiam ponit in apprehensione.

13 P. Granado Controversia 2ª de actibus humanis Tract. 12°, Disp. 1ª num. 8 docet ad actum mali inefficacem sufficere pro conscientia apprehensionem mali; ad actum vero efficacem requiri judicium proprium. = PP. Salas, Palao, Arriaga, Oviedo, et alii communiter conscientiam explicant determinate per judicium. = Recentiores aliqui tenent ad actum indifferentem sufficere pro conscientia apprehensionem; at vero necessarium esse judicium ad actionem, vel omissionem peccaminosam.

14 Sit 1ª nostra Conclusio: Conscientia non stat in actu voluntatis. Probatur: actus Voluntatis, qui ab adversariis conscientia dicitur, vel est formaliter bonus vel malus, vel indifferens; sed nullus eorum conscientia esse potest: ergo. Probatur 1ª et 2ª pars minoris: si actus ille esset formaliter bonus, vel malus, supponeret conscientiam per cujus conformitatem esset bonus, vel per cujus difformitatem redderetur malus: ergo etc. = Antecedens liquet: Nam juxta communem Theologorum sententiam bonitas actus consistit in conformitate illius cum dictamine practico ... in actu 2° obligatorio ... ; malitia vero stat in difformitate opposita.

11 Hoc vero dictamen practicum, et ad actum Voluntatis praesuppositum actus Voluntatis esse nequit; aliter in ipso argumentum

instaurabitur, et erit processus in infinitum. = Probatur sequela 3a minoris pari: nam actus ille est indifferens, nempe praescindens a bono, et malo; nequit esse regula actus boni, vel mali: ergo nequit esse conscientia. Consequentia legitima est. Atque probatur: actus conformis suae regulae indifferente erit tantum indifferens: nam est ipsa regula: ergo actus indifferens, nempe praescindens a bonitate et malitia nequit esse regula actus boni, vel mali.

12 Sit 2a

Conclusio: Conscientia non consistit in habitu voluntatis. Probatur: talis habitus praesupponeret conscientiam, siquidem praesupponere debet actus, a quibus generatus est; sed isti actus conscientiam supponunt, ut liquet ex probatione 1ae Conclusionis: ergo. = Confirmatur in quodam, qui actum bonum eliceret in eo instanti, in quo usum rationis illeceperat. Actus ille est conformis conscientiae, nempe ab ipsa regulatus, ut certum est; sed in quodam tunc non est habitus, ut est aeque certum.

3. 13 Sit 3a Conclusio contra Scotum: Conscientia non stat in habitu intellectus. Probatur efficaciter: nam conscientia de malitia mendacii nequit dictare, quod mendacium non sit peccaminosum; sed cum habitu illo, quem ponit Scotus pro conscientia dictare potest quod mendacium non sit peccaminosum: ergo ille habitus non est conscientia. Major est evidens. Probatur minor: nam illo habitu potest componi error invincibilis intellectus, quo hic, et nunc judicet mendacium non esse malum; sed mendacium positum sub tali errore non erit peccaminosum: ergo. Major negari non potest, minor liquet; quia error invincibilis excusat a culpa.

14 Restat ergo quod conscientia sit actus intellectus, siquidem iuxta rationem conscientiae non est habitu voluntatis, atque sit habitu intellectus, arguitur

aliud, quod ponit ei conscientia, et confirmat; neque conscientia perscribit voluntati regulam de eo, quod hic, et nunc debeat facere, vel omittere; id vero actibus intellectus proprium est, ex ipsis utrique constat. — Quis vero actus intellectus conscientiæ rationem induat, alia difficultas est, pro qua enodanda sit 2a Conclusio: Conscientia ex suo conceptu formali præscindit à judicio, et apprehensione; proindeque in utrolibet salvari potest.

15 Probatur: possibile est judicium, quod sit conscientia; et possibilis etiam est apprehensio, quæ sit conscientia: ergo conscientia ex suo conceptu formali præscindit ab utroque. De Antecedentis parte difficultas nulla est. Probatur 2a, quæ est præcipuum 2æ Conclusionis nodus: posita tantum apprehensione malitiæ potest dari peccatum; sed semper ac datur peccatum, datur conscientia: ergo et &c. Minor à Nemine negatur. Major probatur sic: odium Dei libere positum cum sola apprehensione malitiæ odii Dei, et simul cum carentia cognitionis excusantis à culpa tale odium, est peccatum: ergo &c.

16 Antecedens mihi videtur innegabile; quia illud odium ex se malum est, deinde apprehenditur ut malum, tandem malitia in illo inexcusabilis est, cur ergo peccatum non erit? Si dicas, quia talis malitia non cognoscitur per judicium, præcipium petis, et eam Conclusionem respondes. — Confirmatur Conclusio præcipue 3 Pat. Granado: ad habendum amorem efficacem vel odium proximi non requiritur judicium, sed sufficit apprehensio bonitatis, vel malitiæ physicæ: ergo similiter sufficiet apprehensio bonitatis, vel malitiæ moralis. Antecedens est communis Philosophia. Melior Conclusionis probatio est ipsa experientia.

17 Notandum enim est dari aliquas apprehensiones adeo claras, et vividas, ut per ipsas melius appareat objectum, quam per judicium obscurum: nunc ergo hoc judicium respicit, cur vivida, et clarior apprehensio

nonsufficit. = Confirmatur ulterius deducendo: Conscientia dubia vere est Conscientia; sed in Conscientia dubia non datur judicium circa bonitatem, vel malitiam; sed solum apprehensio vel bonitatis, aut non bonitatis, vel malitiae, et simul non malitiae: ergo.

18. Dicere autem quod in Conscientia dubia datur judicium reflexum, quo intellectus judicat illicitum esse operari sub dubio malitiae; ideoque non peccatum, quia fit contra tale judicium: hoc autem dicere impertinens est: 1º quia saepissime tale judicium reflexum non intervenit. 2º quia tale judicium non est Conscientia dubia, sed certa: enunciat enim certitudinem veritatis: ergo Conscientia dubia stabit in illis apprehensionibus, sub quibus voluntas determinat operationem.

CAP. 3um

Argumentis satisfacit.

19. 1um argumentum desumitur ex pluribus Scripturae locis, in quibus Conscientia dicitur bona vel mala, recta, vel iniqua; sed hae denominationes sunt propriae actibus Voluntatis: ergo. Respondetur: totidem esse Scripturae loca, in quibus cogitatio dicitur mala, injusta, recta, quin inde probetur cogitationem esse actum voluntatis. Ratio utriusque est, quia locutiones illae figuratae sunt: tribuitur enim cognitioni, id, quod proprium est objecti. Objectum proprie dicitur bonum, vel malum, et inde quae denominatio boni, vel mali redundat in cognitionem.

20. 2um argumentum: Lex consistit in actu Voluntatis; sed Conscientia est lex humanorum actuum: ergo. = Respondetur, legem proprie dictam esse actum voluntatis, quia est praeceptum Superioris; Conscientiam vero non habere rationem praecepti

propulo quendo, quamvis sit regula directiva: unde nego propositionem. = Instas: objectum conscientiae est bonum ut amandum, et malum ut fugiendum; sed actus Voluntatis tantum modo habet tale objectum: ergo etc. = Respondetur: concessa majore de objecto terminativo conscientiae; illam negando de objecto motivo: conscientia enim solum terminatur ad bonum ut amandum, et malum ut fugiendum, illud repraesentando Voluntati.

21 Non vero movetur ex bono, ut bono, et malo, ut malo, quatenus afective tendat in bonum, vel malum. hoc 2° proprium est solius Voluntatis, illud 1° competere potest, sive competit actibus intellectus, qui terminantur ad bonum, vel malum non sub ratione boni, vel mali, sed sub ratione veri. 3um argumentum proseciō. Conscientia est aliquid diu durans; quod non competit actibus intellectus, sed habitibus tantum: ergo. Et confirmatur, quia in dormientibus datur conscientia, non vero dantur actus intellectus.

22 Distinguo propositionem argumenti: conscientia in actu 1° est aliquid diu durans, concedo: conscientia in actu 2°, nego propositionem; et hinc ad confirmationem paratur solutio etenim in dormientibus solum datur conscientia in actu 1°, scilicet intellectus ejusque potentia tamquam virtus eliciens suas operationes, sive actus; non autem datur conscientia in actu 2°, scilicet actus aliquis, qui ab intellectu producatur. Hic actus transiens est, illius vero virtus, sive potentia ad illum est diu durans, sive permanens.

23 2um argumentum: effectus conscientiae sunt testificare, dictare, et similia, quae de actibus intellectus dicuntur; sed unus actus intellectus nequit esse effectus alterius; quia habitus est, qui producit actum: ergo etc. = Respondeo, conscientiam esse causam in genere directivo tantum; non autem in genere effectivo; hoc 2um absurdum est, sed longe distat ab ipso doctrina

nra. Diximus enim, rectificare, dictare est effectus conscientiae, quatenus conscientia dirigat voluntatem ad amplectendum bonum, et fugiendum malum: quod actibus intellectus proprium est.

22 3.º argumentum efformatur ex illo Davidis Psalmo 18.º *delicta quis intelligit, ab occultis meis munda me.* Ex quo inferunt adversarii posse dari peccatum, sine operatione conscientiae, qua cognoscatur malitia; ex inde conscientia non est cognitio, sive actus intellectus. Sed nego illationem: peccatum enim dicitur occultum, non quia malitia illius, quando fit, actualiter non cognoscatur; sed quia homo facile obliviscitur peccati post quod committit: fit ideo peccat actualiter, quia amplectitur objectum, quod ut morale malum illi proponitur per actualem cognitionem.

25 Instas: nunquam peccata dicuntur fieri ex ignorantia; sed cum ignorantia non stat actualis advertentia, sive actualis cognitio, ergo. = Respondeo: peccata dicuntur fieri ex ignorantia, quatenus non fiunt ex pura malitia, vel ex sola cognitione malitiae; at eo ipso supponitur, quod actualis cognitio malitiae, simul cum aliis, concurrit ad patrandum peccatum. Hinc falsum est, dari peccata ex ignorantia, ubi omnis advertentia, sive cognitio, quae ad minus sit apprehensio, vel dubium de malitia, excludatur. Cap. 2.us argumenta contra 2.m Obtuniorem.

CAPUT 2.us

Argumenta contra 2.am Conclusionem. =

26 Arguitur 1.º ex P. Salas citato: conscientia juxta D. Paulum est quaedam fides; sed fides est judicium, ergo. = 2.º: conscientia dicitur vera, vel falsa; sed veritas, vel falsitas solum competit judicio, ergo.

3º: effectus conscientiae sunt testificatio, et accusatio peccatorum; sed testi-
ficatio, et accusatio solum fieri possunt per judicia: ergo etc. =
Ad 1um dico, D. Paulum non esse intelligendum de fide in sensu rigo-
roso, et scolastico: aliter conscientia est firmum judicium habitum
propter dicentis authoritatem, quod falsum est.

25. Intelligit ergo de fide in
sensu grammaticali, in quo fides accipitur pro notitia dicto,
quod agere, vel omittere oportet; tali vero notitia haberi po-
test per apprehensionem. = Ad 2um distinguo majorem: conscientia dicitur
vera, vel falsa veritate, vel falsitate semper complexa, nego; vel comple-
xa, vel incomplexa, concedo majorem. Explico distinctionem, quae mino-
ri etiam adaptanda est. Veritas complexa dicitur, quando praedicatum
convenienter dicitur de subjecto; falsitas autem, quando dicitur dis-
convenienter. Veritas incomplexa dicitur praesertim conformitas ima-
ginis cum objecto; falsitas autem opposita difformitas.

28. Illa solum conveniunt ju-
diciis. Haec potest etiam reperiri in apprehensionibus. Sicut imago
dicitur vera, si recte delineata sit, et objecto conformis; falsa autem,
si male delineata, et difformis objecto; similiter apprehensio po-
test dici vera, vel falsa. = Ad 3um concessa majore, negatur
minor, quae improbata relinquitur ab Adversario: unde enim
convincitur, quod illi effectus nequeant ab apprehensionibus ema-
nare? possunt profecto, si habeant in his, justificatio, accusatio
peccatorum.

29. 2º arguitur ex aliis: sub eadem apprehensione malitiae po-
test dari contrarietas conscientiae; sed sub eadem conscientia nequit dari
contrarietas conscientiae: ergo etc. Major probatur. Casu possibili, quo plures
simplus apprehendant juramentum hic, et nunc esse illicitum, ita tamen
ut post hanc apprehensionem prius habeat judicium de bonitate jura-

menti; paulus vero de malitia illius. In hoc casu petrus, et paulus, sub eadem apprehensione habebunt conscientiam contrariam, ratione cujus petrus non peccabit, si juret; si autem paulus juret, peccabit: ergo etc.

3. Argumentum retorquetur contra Adversarios; et facile probatur, quod conscientia stare nequeat in judicio. Respondeo igitur distinguo majorem; sub eadem apprehensione malitiae, quae apprehensio sit conscientia in actu 2°, possit dari contrarietas conscientiae, nego majorem; si non sit conscientia in actu 2°, concedo majorem, et minorem; sed nego consequentiam. = In casu argumenti apprehensio malitiae non est conscientia in actu respectu petri, qui per judicium subsequens retractavit cognitionem priorem, sive apprehensionem malitiae. Ut autem cognitio sit in actu 2° conscientia, debet dicere carentiam omnis cognitionis supervenientis, quae sit antis retractatio, ut diximus anno 2°. Unde constat ad reliqua argumenti.

31 Prae oculis habenda est doctrina hujus Solutionis, ex qua pluribus argumentis paratur Solutio: semper enim ac apprehensio bonitatis, vel malitiae dicat carentiam cognitionis retractantis erit conscientia in actu 2°, et regula humanorum actuum, ratione cujus actus erit vel bonus, vel malus juxta naturam apprehensionis. = 5° arguitur, et potest esse instantia: si praecise concurrat duplex apprehensio contraria; una de obligatione jurandi, altera de obligatione non jurandi neutra est conscientia: atqui utraque dicit carentiam cognitionis retractantis: ergo etc. Major liquet: quia neutra ex illis apprehensionibus tunc obligat.

32 Sed quid respondebunt contrarii, si fingamus similiter praecise concurrentiam duplicis judicii contrarii? praeterea, et nobis Respondeo, quod

neutra ex illis apprehensionibus erit conscientia, si utraque proponat æqualem obligationem: tunc enim ex utraque resultabit conscientia perplexa, quæ absolute conscientia non est: ac proinde non obligat. Si vero una proponat majorem obligationem, quam alia; conscientia erit illa, quæ majorem inducat obligationem; et hæc erit quan retractatio alterius, de qua nequit affirmari, quod conjungat cum carentia cognitionis retractantis. Idem Adversariis dicendum est de duplici judicio.

33

6° Arguitur: ex vi apprehensionis non potuit constat intellectui unum extremum, quam aliud oppositum: ergo apprehensio malitiæ in mendacio non potuit proponere intellectui malitiam mendacii, quam carentiam illius; sed conscientia est conscientia utrumque: ergo si in sola apprehensione potest salvari conscientia, deberet facere, vel omittere, quod illa faciendum, vel omittendum proponit; sed hoc est absurdum; alioqui deberet elicere odium Dei, si illud apprehensio proponeret ut obligatorium: ergo. 8°. Pº. Theologi conscientiam vocant naturale judicatorium, rationis judicium, sententiam, et similia, quæ de apprehensione non verificantur.

34

Ad 6um negatur, nec urget, quod apprehensio nihil affirmet, vel neget: sicut enim ex vi visionis corporis potuit constat nobis color, quam illius negatio, quæ visio nihil potuit affirmare, vel negare; ita similiter. = Ad 2um respondere debent Adversarii in judicio invincibiliter erroneo, quod proponat odium Dei ut obligatorium: neutrum absurdum non est, odium Dei elicere sub tali judicio; ne non est absurdum, illud elicere sub illa apprehensione = Ad 8um Respondeo, Pº. Theologos loqui de conscientia ut frequentius formatur, cum quo stat, quod aliquando formari possit in apprehensione, de qua etiam dici potest, quod sententia est in sensu lato, scilicet pro notitia rei: quod sufficit ad rationem conscientiæ; aliter talis non erit conscientia probabilis, quæ sententia rigorose non est.

Disp. 2a. Divisiones conscientiæ proponit. Cap. 1m. dubia quædam de conscientia judicativa, et discursiva, adæquata, et inadæquata.

Quæst. 2ª

Divisiones conscientiæ proponit.

Caput. 1ᵘᵐ

Dubia quædam de conscientia judicativa, et discursiva, adequata, et inadequata.

35 Juxta Doctrinam, quæ admittit conscientiam in apprehensione dividi potest conscientia in apprehensivam, judicativam, et discursivam, quatenus conscientia formari potest vel per apprehensionem, vel per judicium, vel per discursum. Conscientiam formari posse per apprehensionem, vel per judicium, constat ex dictis Quæst. antecedenti. Formari etiam posse per discursum, patet in hoc: quidquid Deus mihi prohibet ut illicitum, illicitum mihi est; sed Deus mihi prohibet ut illicitum hic, et nunc mendacium: ergo mendacium mihi hic, et nunc illicitum.

36 Hic est discursus formalis; cui æquivalere dicitur actus hypotheticæ enunciationis totum objectum illius propterea dicitur Discursus virtualis; v.g. iste: mendacium hic, et nunc mihi illicitum est: quia a Deo prohibetur ut illicitum; et mihi illicitum est quidquid a Deo ut tale prohibetur. Hinc dubia quædam insurgunt breviter resolvenda. = 1ᵘᵐ an judicium, quod sit conscientia, debeat esse discursus virtualis? cujus dominum doctrinam negant hic Recentiores Ingeniosi, quibus subscribo.

37 Et probatur: nego præcise, quod qui habeat hoc judicium, mendacium hic, et nunc mihi illicitum est, sufficienter cognoscit malitiam mendacii, quod si ponat, peccabit. Sed illud judicium absque discursu virtuali non est; ergo absque discursu virtuali sufficienter cognosceretur malitia mendacii, quod si poneretur, peccatum erit; sed eo ipso judicium illud erit conscientia &c. = 2ᵘᵐ dubium: an singuli actus componentes conscientiam discursivam sint conscientia?

rei parvi momenti. Propterea,

38 Dico 1°: actus, qui est conclusio, sufficienter conscientia. Ratio: quia tali actui potest esse judicium illud, de quo de resolutione 1i dubii conscientiae esse probavimus. = Dico 2°: nulla praemissa seorsim ab alia est sufficienter conscientia. Probatur in syllogismo supra posito, in quo nulla praemissa distincta ab alia mihi proponit expresse sufficienter juramentum, vel licitum, quod tantum modo facit actus conclusionis respectu utriusque praemissae simul sumptae; atqui actus, qui sit conscientia, debet expresse sufficienter proponere bonitatem, vel malitiam obiecti ut mihi amandi, vel fugiendi: ergo.

39 Dico 3°: si utraque praemissa simul sumatur, et si syllogismus ex vi formae concludat, utraque simul habet sufficientem rationem conscientiae. Probatur doctrina Nobilissima Recentiorum: nam in syllogismo concludente ex vi formae id, quod affertur ex parte conclusionis, affertur etiam formaliter, vel adequate, vel inadequate in praemissis: unde ideo obiectum exprimunt praemissae simul sumptae, atque conclusio: sed conclusio est sufficienter conscientia, similiter praemissae simul sumptae. Nota: identitatem extremorum cum medio esse formaliter identitatem extremorum inter se, vel adequate, vel inadequate, si syllogismus ex vi formae concludat. Unde vivit fundamentum Recentiorum.

40 3um Dubium: an, et qualis sit conscientia adequata, et inadequata? Nosti ex Philosophia quaenam sit causa adequata, quae vero inadequata. Scis: quaenam sit adequata adequatione sufficientiae, quaenam adequatione exclusionis. Omitto singulares doctrinas, quas circa has causae divisiones tradidi in Physica; et juxta communiorem explicationem vobis fortasse magis gratam, resolvo 1°: illa cognitio erit conscientia sufficienter adequata, quae actualiter determinat ad moralitatem actionis, vel omissionis, sive concurrat, sive non alia cognitio actualiter determinans ad eandem actionis, vel omissionis moralitatem. Non indiget probatione resolutio, cognita notitia causae sufficienter adequatae.

41

Infero

D^a: q si occurrant plures cognitiones eodem modo determinantes actualiter ad moralitatem actionis, vel omissionis, haberent plures conscientias, quod absurdum videtur. Respondeo distinguendo: si occurrant plures cognitiones [illegible] haberent physice plures conscientias, concedo; plures moraliter conscientias; nego consequentiam. Omnes illae cognitiones, licet physice plures, moraliter tamen identificantur, et unicam moraliter conscientiam componunt; quia in eadem repraesentatione bonitatis, vel malitiae regulant unum actum voluntatis. Sicut juxta communiorem doctrinam plura praecepta circa eandem materiam, et unius eodem formali motivo, licet plura physice, sunt tamen unum moraliter praeceptum.

22 Resolvo 2°: conscientia exclusive adaequata erit illa cognitio, quae sola determinat in actu 1° praedictam moralitatem. Ut in [illegible] si sola apprehensio regulet [illegible] aliquem actum, dicetur conscientia adaequata adaequatione exclusionis: idest, non dicens aliam cognitionem eodem modo regulantem. Si vero concurrat tamquam actualiter, quia actus haberet duplex cognitio, quaelibet erit conscientia inadaequata inadaequatione exclusionis; quod optime componitur cum eo, quod quaelibet sit adaequata adaequatione sufficientiae.

23 Resolvo 3°: inadaequationem sufficientiae habebit illa cognitio, quae actualiter, non tamen sufficienter regulet actionem, vel omissionem in genere moris. Quod verificatur, quando concurrit duplex cognitio, ex qua resultat conscientia perplexa: quaelibet enim virtutem habet sufficientem, ut determinet moralitatem actus in actu vero 1° utraque est inadaequate tantum sufficiens, quia una impeditur ab alia; eo quod haec obiectum proponat amandum, altera fugiendum. = Colligitur ex dictis: conscientiam adaequatam nunc sufficienter, nunc exclusive fieri posse inadaequatam, et e contra, ut perpendenti facile constabit. Cap. 2um alii

Conscientiae divisiones.

CAPUT 2.

Aliae Conscientiae divisiones

24 Plures Conscientiam dividunt in Conscientiam de praeteritis, Conscientiam de praesentibus et aliam de futuris. Sed haec divisio admittenda non est: 1° quia Conscientia de praeteritis non terminatur ad facienda, vel omittenda, sed ad facta vel omissa: quod non est de ratione Conscientiae, ut liquet ex illius tradita definitione. 2° quia Conscientia de praesentibus potest respicere actionem, vel omissionem in priori naturae ad existentiam; et ita Conscientia est; potest tamen illam respicere, ut existentem, et praesentem adhuc; sed ita Conscientia non est, cum sit pure speculativa.

25 Alia Conscientiae divisio est in Dirigentem, et praecipientem. Prima regulat actionem, vel omissionem, non ut quid necessarium, sed tantum utile. Secunda regulat actionem, vel omissionem, ut necessarium quid, et obligans sub praecepto. = Alia divisio est in Conscientiam rectam, et erroneam; seu ut aliter veram, et falsam. Recta, quae obiectum proponit ut est in re. Erronea, quae obiectum proponit aliter ac est in re: v.g. bonum, ut malum, vel malum, ut bonum. Erronea vel est invincibiliter talis, vel vincibiliter.

26 Invincibiliter erronea datur, quando sine culpa ignoratur aliquid, quod si sciretur, non poneretur actio, vel omissio. Exemplum: omittit ieiunium prudenter credens omnem abesse obligationem ieiunandi. = Vincibiliter erronea datur, quando sunt principia sufficientia ad deponendum dubium, et ad huius depositionem debita diligentia non adhibetur: v.g. dubitas de obligatione ieiunii, et nullo, vel levi facto examine ieiunium

3

omitti. Error invincibilis dicitur error antecedens quia a nullo actu Voluntatis pendet. Vincibilis dicitur consequens; quia pendet ab aliquo exercitio libero Voluntatis.

27 Alia, et magis famosa Conscientiae divisio est in evidentem, certam, probabilem, dubiam, et scrupulosam. Evidens consistit in cognitione evidenti. Certa in principiis Certis. Evidenti opponitur Conscientia erronea. Certae opponitur incerta, quae talis erit vel physice, vel moraliter, vel metaphysice, vel de fide, prout fuerit Certitudo Conscientiae, cui contrariatur. = Conscientia probabilis, sive opinativa dicitur illa, quae gravi, et prudenti fundamento nititur; est tamen hoc fundamentum fallibile. Dicitur vero grave, sive ab intrinsecâ authoritate, quae stat in efficaci ratione, sive ab authoritate extrinsecâ, quae consurgit ex prudentiâ, doctrinâ, et probitate Doctorum.

28 Plura dicenda manent de hac Conscientiâ probabili, cui contrariari dicitur improbabilis Conscientia, quae nititur gravi, et prudenti fundamento destituta. Si vero alicui praesumptioni non gravi fuerit innixa dicitur Conscientia audax; si tamen ratione utatur, quae nec gravis sit, neque prudens dicitur temeraria. = Conscientia dubia pluribus patet explicationibus, de quibus fortasse redibit sermo. Pro nunc dubia Conscientia habetur, quando intellectus haeret, nec assentitur, nec dissentitur circa utramque partem moralitatis, quae per apprehensionem proponitur ob defectum rationis sufficientis ad unam potius partem, quam ad aliam.

29 In hac explicatione quatuor necessario interveniunt. Primum quod dicitur apprehensio utriusque partis: quomodo enim dubitet aliquis in mera Carentia assensus, et dissensus. Secundum a tali Carentia dissensus, et assensus, quae

eius assensum praebet, vel dissensum, non dubitat. Sed quod huic carentia detur ex defectu rationis sufficientis: si enim ex imperio Voluntatis intellectus omittat assensum, vel dissensum, non debetur dubitatio. 2.ᵒ quod haec versetur circa moralitatem: aliter ad Conscientiam non pertinebit.

50 Conscientia dubia subdividitur in positivam, negativam, et suspiciosam. Qualem dubiam positivam, qualem negativam late explicuimus in materia de poenitentiae Sacramento Quaest. 3ª Diss. 2ª pro nunc doctrinam omnem, quae nostrae non contrariatur, explicabo. Igitur Conscientia dubia positiva est, quando pro utraque parte sunt leves rationes, vel si graves, relinquunt tamen voluntatem indifferentem, ut determinet intellectum ad quamlibet partem. Conscientia dubia negativa datur, quando pro utraque parte nulla ratio est, vel si datur, insufficiens est ad inclinandum intellectum in utramlibet. Suspiciosa datur, quando pro unica tantum parte ratio aliqua levis apparet.

51 Conscientia scrupulosa datur, quando ex levibus fundamentis apprehenditur malitia in actione, vel omissione et grave fundamentum persuadens, talem malitiam ibi non esse. Observandum est 1.ᵒ hoc grave fundamentum a scrupuloso cognosci, ideoque contra Conscientiam scrupulosam licet posse operari. = 2.ᵒ Conscientia scrupulosa proprie Conscientia non est; quia non est regula sequenda pro agendis, vel omittendis. = 3.ᵒ Conscientia dubia, quatenus repraesentat malitiam in obiecto vere est Conscientia: est enim regula, qua malum fugiendum proponit, et quod in illis circunstantiis facere debemus. Quaest. 3.ª De obligatione Conscientiae, et de illius dispensatione. Cap. 1.ᵘᵐ Modus, quo Conscientia obligat, explicatur.

Quaest. 3.ª

De obligatione Conscientiae, et de illius dispensatione.

CAPUT 1.^m

Modus, quo conscientia obligat, explicatur.

52 Ex Divisione conscientiae in dictantem, et praecipientem, quam tradidimus num. 25, constat, dari conscientiam, quae non obliget, et quae possit obligationem inducere. Utrumque adeo certum est, ut in illius probatione non liceat immorari: nam 1.° actus proponens ut honestam auditionem Sacri, quando dies festus non est, conscientia est; et nullam audiendi Sacrum imponit obligationem. 2.°: apprehensio, vel judicium proponens actionem, vel omissionem ut praeceptam, quia bona; vel prohibitam, quia mala, est vera conscientia, et sine dubio obligat.

53 Si autem conscientia praecipiens est dubia, vel vincibiliter erronea, obligat nihilominus: nam si dubia est, obligat ad diligenter examinandam obligationem, ut dubium deponatur, vel saltem ad amplectendam partem tutiorem. Si est erronea vincibiliter, obligat ad vincendam ignorantiam, ut suo loco dicemus. = Tria tamen dubiola hic resolvenda sunt. 1.^m an conscientia obliget ratione sui, vel ratione obligationis objecti, quod proponit? 2.^m quanam existentia conscientiae requiratur ut obliget? 3.^m, quo duplex peccatum sit agere contra conscientiae obligationem?

54 Circa 1.^m probabilius mihi est conscientiam obligare ratione sui: nam conscientia dicitur interna Lex, quam a Deus Cordibus nostris imprimit; Lex obligat non ratione alterius; sed ratione sui. Praeterea, regula ratione sui regulat; sed conscientia est regula actus humani. Ergo. = Objicit Nobilis Recentior: conscientia praecise est, applicatio obligationis; sed applicatio obligationis non obligat ratione sui: ergo. = Sed dici potest de Lege, et de regula: unde tenebitur adversarius res=

respondere: ideo negat mayor, et solutio constat ex parte hujus, et reponsi.

55. Circa 2. Communis sententia Doctorum Thomistarum aliquos docent non sufficere existentiam habitualem, vel virtualem conscientiae ad obligationem inducendam; sed requiri existentiam actualem physicam. Haec doctrina Communis consequens est ad definitionem, quam pro conscientia tradidimus. Probaturque efficaciter: eatenus conscientia obligat, quatenus Voluntati praescribit actualiter aliquam obligationem; sed quando conscientia actualiter non existit nullam obligationem praescribit actualiter Voluntati: ergo. Minor innegabilis est. Mayor liquet, si enim nulla obligatio proponatur actualiter Voluntati, datur totalis ignorantia, vel innadvertentia obligationis, sed in tali ignorantia vel innadvertentia obligationis, nequit conscientia obligare, ut patet.

56. Confirmatur: si odie conscientia dicerem, eram sine obligatione audiendi sacrum, et eram immemor hujus obligationis sacrum non audiam, non pecco: ergo quia ad inducendam bonitatem, vel malitiam in actione, vel omissione non sufficit conscientia praeterita. Tamen vere debet reputari: aliter omnis [illegible] cujuslibet obligationis peccaminosa erit: quod intolerabile, et plurimum absurdum est. = Roboratur: nam in casu confirmationis praeterita conscientia odie non manet, nec in se, nec in effectu: ergo in omissione Sacri malitiam causare non poterit. Consequentia legitima est, quia causa ut causet, vel debet physice existere, vel saltem virtualiter, nimirum in aliquo effectu, ut mille patet exemplis.

57. Opponitur 1o: [illegible] ut habitualis sit non requiritur physica existentia peccati, sed sufficit quod retractatum non sit [illegible]. Ergo [illegible] operatio [illegible] denominatio [illegible] habitualis [illegible]

moralis, ad nequ sufficit moralis permanentia peccati, quia ... [illegible] retractatus non sit; denominatio vero ... [illegible] ... nisi quae practice praepemuntur, adhuc ... [illegible] ... manet a denominatione ... [illegible] ... regula, seu cognitioni.

58 Opponitur ... [illegible] ... ut actiones externae sint meritoriae, sufficit intentio virtualis, nec requiritur actualis: similiter. Consequentia tenet a paritate. Ant. est doctrina omnium. Sed neque ... [illegible] ... propter disparitatem clarissimam. Ant. Propterea; non est assignabilis effectus, in quo maneat ... [illegible] ..., ut virtualiter continere dicatur; licet assignabilis est ... [illegible] ... externus, in quo manere censeatur intentio illa actualis. = Opponitur ... [illegible] ... qui venerunt, ... [illegible] ... ... [illegible] ... non retractatur ... [illegible] ... non retractatur ... [illegible] ... ... [illegible] ... habet.

59 ... [illegible] ... ant., neque consequentia propter disparitatem ... [illegible] ... eadem ant. intentio ... [illegible] ... in ... [illegible] ..., licet physice non ... [illegible] ... ... [illegible] ... in aliquo effectu, scilicet in ... [illegible] ... in alio ... [illegible] ... non ... [illegible] ... physice ... [illegible] ...; id est moraliter, quia in ... [illegible] ... manet ... [illegible] ... Circa ... [illegible] ... dico ... [illegible] ... quando fit ... [illegible] ... peccatum ... [illegible] ..., non ... [illegible] ... pariter per ... [illegible] ...

... [illegible] ... hujus ... [illegible] ...

scientiæ, præcepto non furandi v.g., et scientia proponente malitiam furti tamquam ut sic: ergo, et unicum est peccatum contra utramque. Respondeo ant.; neque ideo committitur peccatum furti, quatenus per conscientiam furtum proponitur ut malum, et prohibitum: ergo etc. Dices 3º: qui furatur, duplex præceptum violat: ergo duplex peccatum committit: ergo etc. Probatur ant.: 1um præceptum est de sequenda conscientia obligante. 2um de non furando, sed utrumque violatur per furtum: ergo etc.

61 Similiter probari posset triplex præceptum violari in quolibet furto: duo assignata in argumento, et 3um de obedientia præstanda Deo. Quod tamen falsum est. Ideo distinguo ant.: qui furatur, violat duplex præceptum adequate distinctum, nego: inadequate distinctum, concedo ant., et nego consequentiam. Igitur præceptum sequendi conscientiam est præceptum generale, quod cum quolibet præcepto particulari constituit unam obligationem adequatam, et habet idem motivum; unde unum tantum modo peccatum committitur, quando fit contra conscientiam obligantem, quæ in casu argumenti non obligat ut sic, sed determinate in materia furti, et ex motivo justitiæ.

62 Dices 2º: si qui furetur, judicans in furto esse duo peccata, unum contra præceptum non furandi, alterum contra conscientiam, duo peccata committit: ergo conscientia ut distincta a præcepto non furandi specialem obligationem inducit: ergo etc. Distinguo consequens: conscientia ut distincta etc. specialem obligationem inducit, si talis obligatio specialis exprimatur formaliter ex parte conscientiæ, concedo consequentiam: si formaliter non exprimatur, nego consequentiam. Duplex peccatum tunc non committitur, quia obligatio non furandi sit in re adequate distincta ab obligatione conscientiæ; sed quia proponitur ut talis, quidquid sit, an in re sit adequate distincta vel non.

Inde patet non probari, quod agatur de obligatione [illegible] ... [illegible] Cap. 1o de obligatione efficienti proponentis mali in Omnium.

CAPUT 2um

De obligatione efficientiae proponentis mali in communi.

63 Verum difficultatem renovat casus, quo cognoscat v.g. [illegible] dationem mali proprie, quin aliter sciat de gravitate, vel levitate malitiae. Tunc Dubium, peccetne mortaliter, an venialiter tantum, ut mendacium? Prima sententia docet, peccare mortaliter. Ita P. Castro Palao hic Disp. 1a punct. 3o, ubi citat pro se PP. Sanchez, Vazquez, et Azor; iis Suarez, et Bonacinam, quos sequuntur Recentiores multi. 2a sententia tenet, solum peccare venialiter. Ita PP. Salas, Valentia, [illegible], Hamiltonis, et alii quos citat, et sequitur P. Oviedo de bonitate et malitia [illegible] 1a punct. 3o. Adhaerent Diana [illegible] in [illegible], et PP. Arriaga, et Dambruenus Lib. V. de [illegible] Cap. 1o Paragrapho 3o.

64 [illegible] 2a sententia placet: [illegible] [illegible] [illegible] debet in [illegible] [illegible] non [illegible], an mali sit grave, vel leve, sed tantum [illegible] mali proprie: [illegible] illud [illegible], et [illegible] non [illegible], [illegible] [illegible] mali [illegible] [illegible], an mali [illegible] vel Charitatis [illegible] [illegible] mali [illegible] [illegible] [illegible] Charitatis [illegible]

communi Doctorum sententiae.

65 Hoc stabilito probo conclusionem quatenus est contra sententiam oppositam: semiplena advertentia malitiae gravis nequit reddere actum graviter peccaminosum; sed illa cognitio praecisiva, quae sola habetur praecisive mali in communi est ad summum semiplena advertentia malitiae gravis: ergo nequit reddere actum graviter peccaminosum: ergo etc. Major est prolog[u]ium inter Theologos commune. Probatur minor: illa cognitio praecisiva non est clara, sed tantum obscura cognitio malitiae gravis; atqui cognitio non clara, sed tantum obscura malitiae gravis est semiplena illius advertentia: ergo. Major est communis doctrina de praecisionibus in logica. Minor conceditur ab adversariis.

66 Probo 2° conclusionem: ideo peccaret mortaliter, qui praecise cognoscit malum in communi, quia se exponeret moraliter periculo peccandi mortaliter; sed non se exponit tali periculo: ergo etc. Major est aequivalenter oppositae sententiae. Probo minorem: qui praecise cognoscit malum in communi, non habet cognitionem de periculo peccandi mortaliter; sed ad se exponendum tali periculo necessario requiritur cognitio de illo: ergo etc. Major ex suppositione quaestionis debet constare. Minor etiam: nam ideo non peccat mortaliter, nec fit irregularis, qui casualiter occidit alium, quia non cognoscit periculum occisionis, ut cum Eximio Suarez docet adversarius noster Palao disp. 6. punct. 13 num. 1.

67 Confirmatur conclusio: qui semiplenam cognitionem habet obiecti graviter illiciti, tantum habet semiplenam advertentiam, et peccat venialiter: ergo a fortiori tantum venialiter peccabit, et advertentiam habebit semiplenam, qui praecise cognoscit malum in communi. Consequentia patet: quia praecise cognoscens malum in communi multo

objectum cognoscit malitiã gravẽ, quã remissiones, ut clarum est. = dicendum ergo est in casu questionis solum dari peccatum veniale; nam voluntas amplectitur libere aliquod malum cognitum, ut malum; ex defectu autem plenæ advertentiæ tantum quod tale malum leve sit, ... solum peccatum veniale.

68 Rogas hic, ad quam speciem pertineat malitia hujus peccati? respondeo pertinere ad speciem actus amplectentis malitiam in communi, quæ est etiam species aliqua infima. Ratio; quia actio individua moraliter mala ad aliquam speciem infimam in suo genere spectare debet; sed actus libere amplectens malum morale in communi est aliqua actio individua moraliter mala; ergo ad aliquam speciem infimam spectare debet. Unde nec in tali specie adhuc non ponitur, nisi quia amplectitur malum morale in communi, vel contingenter: ergo = Sed tali specie habebit ille actus ratione generica, qua convenit cum aliis actibus moraliter malis, et ratione etiam differentiabilis ejus. Cap. 3um fundamentis satisfacit adversariorum.

CAPUT 3um

Fundamentis satisfacit adversariorum.

69 Fundamentum 1um qui nec illa cognitione amplectitur amare malum; amaret peccatum in genere; sed qui amat peccatum in genere, amat mortale, quantum est ex se: ergo. Probatur minor: qui amat malum ut indifferens ad mortale, et veniale, amat mortale quantum est ex se, sed qui amat malum in genere, amat malum, ut indifferens ad mortale, et veniale: ergo &c. = Respondeo ... majore, negando minorem. Ratio hujus; quia amans malum in genere, sicut cognitum per illam cognitionem præcisivam ... determinatur ad veniale tantum, sicut per ipsam determinationem

voluntatis venialiter tantũ peccatio defectu plenæ advertentiæ juxta dicta in probationibus nris.

10 Ad probationẽ minoris omissa majori, quæ potrat distinguo; nego absolute minorẽ, quia ad hoc, ut ametur malũ, ut indiferens ad mortale, et veniale opus ẽ, quod clare cognoscatur mortale, et veniale; qui vero cognoscit malũ in Omnum, non cognoscit clare mortale, et veniale, ut probatũ ẽ. Solũ ẽ permitti potest, quod cognoscat malũ indiferens ad mortale, et veniale specificative; non vero reduplicative, ut indiferens &c. Ad hoc lᵘ necessaria ẽ clara cognitio utriusq; et ideo si malũ ametur, datur peccatũ grave. Ad 2ᵘ illa cognitio non requiritur, et ero illius defectu datur ad summũ peccatũ leve in amore illius mali, ut nc.

